Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Sicut hec. Quia recte me dixisti ambulabunt mecum. Sim
illo t. Rogauit ihsu quidam de phariseis. Lucam.
ut manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei
discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix.
ut cognouit quod accubuit ihc in domo pharisei. attu-
lit alabastrum unguenti. Et stans retro secus pedes eius.
lacrimis cepit rigare pedes eius. Et capillis capitis sui t-
gebat. Et osculabatur pedes eius. Et ungento ungebat.
Videns autem pharisseus qui uocauerat eum. ait intra
sediens. hic si esset pheta. sciret utique que et qualis esset
mulier que tangit eum quia peccatrix est. Et respondens
ihc. dixit ad illum. Symon. Habeo tibi aliquid dicere.
At ille ait. Magister dic. Duo debitores erant cuidam
fenerator. unus debebat denarios quingentos. Et alius
quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent. donau-
uit utrisque. Quis ergo eum plus diligit. Et respondens
symon dixit. Estimo quia is cui plus donauit. At
ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem
dixit symoni. Vides hanc mulierem. Intrauit in domum
tuam aquam pedibus meis non dedisti. hec autem lacrimis
lauit pedes meos. Et capillis suis tersit. Osculum mihi
non dedisti. hec autem ex quo intrauit non cessauit. osculan-
ti pedes meos. Oleo caput meum non unxisti. hec autem
ungento unxit pedes meos. Propter hoc dico tibi. re-
mittuntur ei peccata multa quia dilexit multum. Cui
autem minus dimittitur minus diligit. Dixit autem
ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt q
simul accumbebant dicere intra se. Quis est hic qui
etiam peccata dimittit. Dixit autem ad mulierem.